



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 55. Monstrum Ubiquitatis a Luthero productum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

Sæcul. XVI gunt; vulgus incertum in partes secedit; ni-  
A.C. 1527. si Deus perpetuo se Ecclesiæ ad futurum pro-  
misisset, ejus ruinam veteres ob dissensiones  
timerem; nimis enim certum est illud: dispu-  
tando veritas amittitur.

§. LV.  
*Monstrum Ubiquitatis a Luthero  
productum.*

*Bossuet l. cit.* Interim Lutherus nimio disputandi æ-  
p. 105. stu abreptus in alium incidit errorem;  
*Florim. Ray.* docebat enim, *Corpus Christi Domini,*  
*de orig. hær.* *l. 2. c. 14.* *æque ac ejus Divinitatem esse ubique.* Hac  
*G. Callisti* vero ratione absonam hancce doctrinam  
*judic.* & fulcire conabatur: *Humanitas Christi Do-*  
*Rayn. ann.* *mini est unita Divinitati, ergo humanitas*  
*1527. n. 55.* *est ubique sicut ejus Divinitas.* *Humanitas Christi*  
*est ad dexteram Dei, quæ est ubique,* ergo etiam humanitas est ubique, atque ita  
*Christus Dominus homo ubique est: in cœlo*  
*fuit, antequam descendere: in tumulo, ante-*  
*quam sepeliretur, eo etiam tempore, quando*  
*Angeli dixerunt: Non est hic.* In errorem  
adeo enormous prolapsus est Lutherus,  
postquam fese Zwinglianorum doctrinæ  
non minus falsæ opponere nitebatur. Af-  
ferebant enim illi, *quod ne divina quidem*  
*potentia Corpus Christi in duobus locis poni*  
*possit*, eo autem errore præsentiam rea-  
lem Corporis Christi in Eucharistia ever-  
tebant. Nec deerant tamen Lutheri di-  
scipu-

scipuli, qui insulsam ejus opinionem <sup>Sæcul. XVI.</sup> quantocius propalare nitebantur, ac <sup>A.C. 1527.</sup> quicquid novitatem saperet, avide excipiabant. Hos inter haud infimus erat Jacobus Le Fevre, qui vulgo Schmiedlinus vocabatur; proin *Ubiquistarum* nomen sortiebatur illa Lutheranorum factio, quæ ut præsentiam realem Corporis Christi in Eucharistia propugnaret, licet transubstantiationem negaret, asserterebat tamen Corpus Christi æque ac ejus Divinitatem ubique esse. Docuit primo Lutherus hunc errorem in quodam libro, quem ad propugnandum li- *Luther. ser.*  
 teralem S. Paginæ sensum Anno Christi <sup>quod verba</sup> millesimo quingentesimo vigesimo sept- <sup>stant. t. 3.</sup> *Callist. judi-*  
 mo conscripsit: Cum vero hanc opinio- <sup>gium n. 4. &c.</sup>  
 nem apud suos plurimum invalescere *seq.*  
 cerneret, eandem majori cum pertinacia tuebatur in Confessione fidei, quam paulo post præfatum librum edidit.

In postremo hoc libro afferit, *parum* referre, an in *Eucharistia panis maneat, vel* afferatur, magis tamen rationi congruum videri, si adstruatur *panis, carneus,* *& vinum sanguineum;* novo hoc dicendi genere Lutherus corpoream, quam panem inter & vinum statuit, unionem exprimebat; hæc autem verba *impanationem* inferre videntur, idque saepius ipse Lutherus innuit, suaque explicandi methodo

**Sæcul XVI** thodo non raro longius, quam ipsem  
A.C. 1527. intenderat, abripietur; nec dubitari  
 potest, quin ejusmodi propositiones,  
 quamdam panis cum carne, & vini cum  
 sanguine mixtionem inferant, quæ ad-  
 modum crassa, ac nullo pacto toleran-  
 da Melanchtoni videbatur, locutus in-  
 quit, *Lutheru super hac mixtione, quæ mul-*  
*tis videtur ingens paradoxum, decisive re-*  
*posuit, nihil se hic mutare velle.* Ego vero

**Lib. 4. ep. 26.** opportunum non judico, hanc materiam ag-  
 gredi, perinde ac si diceret Melanchton,  
 non consentio Lutheru, nec tamen eidem con-  
 tradicere audeo.

### §. LVI.

*Prætensiæ Reformationis fundamenta  
 mutuis hisce dissidiis eversa.*

Interim hæ disputationes, quæ non si-  
 ne magna animorum contentione sæ-  
 pius utrinque agitabantur, reformatio-  
 nem recte sentientibus passim invisam  
 reddebat; credebant enim novi hi re-  
 formatores, omnia decidi posse per so-  
 lam auctoritatem sacri Codicis, præter  
 quem nullum alium judicem admitte-  
 bant; & nihilominus super ipso hujus  
 sacræ Paginæ sensu continuo inter se li-  
 tigabant, quinimo utrinque scindeban-  
 tur circa aliquem illius textum, qui ta-  
 men ceteris omnibus magis clarus esse  
 debuit.